

**E**t apertis thesauris suis ob-  
tulerunt ei munera aurum,  
thus et myrrham. (Matth. ii. 11.)

## In Epiphania Domini

STATIO AD S. PETRUM.

**Introitus.** *Malach. 3.*

**C**ce advénit  
Dominátor Dó-  
minus : et re-  
gnum in manu  
ejus, et potestas, et im-  
périum. *Ps. 71.* Deus  
judicium tuum regi da :  
et justitiam tuam filio  
regis. *V. Glória Patri.*

**Oratio.** Deus, qui ho-  
dierna die Unigénitum  
tuum géntibus stella  
duce revelásti : concéde  
propitius : ut qui jam  
te ex fide cognóvimus,  
usque ad contemplan-  
dam spéciem tuæ celsi-  
túdinis perducámur. Per  
eúdem Dóminum.

**Lectio.** *Isaias Proph. 60.*

**S**urge, illumínare Je-  
rúsalem : quia venit  
lumen tuum, et glória  
Dómini super te orta est.  
Quia ecce ténebræ opé-  
rient terram, et caligo  
pópulos : super te autem  
oriétur Dóminus, et  
glória ejus in te vidé-  
bitur. Et ambulábunt gen-

tes in lúmine tuo, et re-  
ges in splendóre ortus  
tui. Leva in circúitu  
óculos tuos, et vide :  
omnes isti congregati  
sunt, venérunt tibi : fi-  
lii tui de longe venient,  
et filiae tuae de látere  
surgent. Tunc vidébis,  
et afflues, mirábitur et  
dilatábitur cor tuum,  
quando conversá fuerit  
ad te multitúdo maris,  
fortitúdo géntium véne-  
rit tibi : inundatio came-  
lórum opériet te, drome-  
dárii Mádan et Epha :  
omnes de Saba venient,  
aurum et thus deferén-  
tes, et laudem Dómino  
annuntiántes.

**Graduale.** *1b.* Omnes de  
Saba venient, aurum et  
thus deferentes, et lau-  
dem Dño annuntiántes.  
*V.* Surge, et illumínare  
Jerúsalem : quia glória  
Dómini super te orta est.  
Allel., allel. *V. Matth. 2.*  
Vidimus stellam ejus in  
Oriente, et vénimus cum

muneribus adorare Dominum. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 2.

**C**um natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatúr ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Judæ: sic enim scriptum est per Prophétam: Et tu Bethleem terra Juda, nequáquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: et mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, et interrogáte diligenter de púero: et cum invenieritis, renuntiáte mihi, ut ego veniens adórem eum. Qui cum audissent regem, abiérunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecédébat

eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gáudio magno valde. Et intrantes domum, invenérunt púerum cum María matre ejus, (*Hic genufleclitur.*) et procidéntes adoravérunt eum. Et apértis thesauris suis obtuléruñt ei múnera, aurum, thus, et myrrham. Et responso accépto in somnis ne redirent ad Heródem, per aliam viam reversi sunt in regiónem suam.

Credo.

**Offertorium. Ps. 71.** Reges Tharsis, et insulæ múnera offerent: reges Arabum, et Saba dona addúcent: et adorábunt eum omnes reges terræ: omnes gentes servient ei.

**Secreta.** Ecclesiæ tuæ quæsumus Dómine dona propitius inútere: quibus non jam aurum, thus, et myrrhá profertúr; sed quod eisdem muneribus declarátur, immolátur et súmitur, Jesus Christus Filius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit.

*Præfatio Quia cum Ungénitus. Et infra actionem Communicantes, et diem sacratissimum, etc. ut in Præfationibus. Et dicuntur per totam Octav. req. p. 247.*

**Communio. Matth. 2.** Vidimus stellam ejus in

Oriente, et venimus cum muneribus adorare Dominum.

**Postcommunio.** Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut quæ solénni celebrámus officio, purificatæ mentis intelligentia consequámur. Per Dóminum.

*Infra Octav. Epiphaniæ fit idem Officium, quod in die: et post Orationem diei dicuntur Orationes Deus, qui salváti, p. 34. et Ecclesiæ, vel pro Papa, p. [58].*

*De Festis duplicibus majoribus, et alicujus Do-*

ctoris Ecclesiæ, quæ infra Octavam veniunt, nihil tunc agitur (nisi tantum de Patrono vel Titulari Ecclesiæ, et de Dedicatione ejusdem, in propria Ecclesiá, non tamen in die Octava) sed peracta Octava celebrantur: de aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus et de Simplicibus occurrentibus fit tantum Commemoratio.

*In Dominica infra Octavam Missa dicitur ut infra. Quod si Epiphania venerit in Dominica, ipsa Missa Dominicæ dicitur in Sabbato infra Octavam, et in die Octavæ nihil fit de Dominica.*

## Dominica infra Octav. Epiphaniæ.

**Introitus.** ○ ○ ○ ○ ○

**I**n excelso throno vidi sedere virum, quem adorát multítudo Angelórum psalléntes in unum: ecce cujus impérii nomen est in ætérnum. *Ps. 99.* Jubiláte Deo omnis terra, servite Dómino in lætitia. V. Glória Patri.

**Oratio.** Vota quæsumus Dómine supplicántis populi cælési pietáte proseguere: ut et quæ agéndata sunt, videant; et ad impléndam quæ viderint, convalescant. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio de Octava Epiphaniæ ut in die Festo, p. 37.

**Léct. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Romános. 12.**

**F**ratres: Obscuro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolite conformári huic sæculo, sed reformámini in novitaté sensus vestri: ut probétis quæ sit volúntas Dei bona, et benéplacens, et perfectá. Dicenim per grátiam quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: Non plus sáperé, quam opórtet sáperé, sed sáperé ad sobriétatém: et unicuique sicut Deus divisit mensúram fidei. Sicut

enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra : in Christo Jesu Domino nostro.

**Graduale. Ps. 71.** Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus a saeculo. **V.** Suscipiant montes pacem populo tuo : et colles justitiam.—Allel., allelúia. **V. Ps. 99.** Jubilate Deo omnis terra : servite Domino in letitia. Allelúia.

**Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 2.**

**Q**um factus esset Jesus annorum duodecim, ascendéntibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, ¶ cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inveniéntes, regressi sunt in Jerusalem, requiréntes eum. Et factum est, post triduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et

interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, et ego doléntes querebámus te. Et ait ad illos : Quid est quod me querebátis? nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Nazareth : et erat súbditus illis. \* Et mater ejus conservábat omnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et grátia apud Deum et homines. **Credo.** **Offertorium. Ps. 99.** Jubilate Deo omnis terra, servite Domino in letitia: intráte in conspéctu ejus in exsultatione, quia Dominus ipse est Deus.

**Secreta.** Oblátum tibi Dómine sacrificium vivificet nos semper, et múniat. Per Dóminum.

De Epiph. **Secreta. p. 38.** **Communio. Luca 2.** Fili quid fecisti nobis sic? Ego et pater tuus doléntes querebámus te. Et quid est, quod me querebátis? nesciebátis quia

in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? **Postcommunio.** Supplices te rogámus omnipotens Deus : ut quos tuus

refécis sacraméntis, tibi etiám plácitis móribus dignánter deservire concedas. Per Dóminum. De Epiph. Postc. p. 39.

### In Octava Epiphaniae.

**Missa. Ecce advénit,** ut in die, 37. præter Orationes et Evangelium.

**Oratio.** Deus, cujus Unigénitus in substantia nostræ carnis apparuit : præsta quæsumus ; ut per eum, quem similem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur : Qui tecum vivit et regnat.

**Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 1.**

**I**n illo tempore : Vidit Joannes Jesum veniéntem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccátum mundi. Hic est, de quo dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est : quia prior me erat. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestétur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimóniū perhibuit

Joannes, dicens : Quia vidi Spiritum descendéntem quasi columbam de caelo, et mansit super eum. Et ego nesciebam eum : sed qui misit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descen-

déntem, et manenté super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi : et testimónium perhibui quia hic est Filius Dei. **Credo.**

**Secreta.** Hóstias tibi Dómine pro nati Filii tui apparitione deférimus, suppliciter exorántes : ut sicut ipse nostrórum auctor est múnere, ita sit ipse misericors et suscceptor, Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum.

**Postcommunio.** Cælesti lúmine quæsumus Dómine semper et ubique nos præveni : ut mystérium, cujus nos participes esse voluisti, et puro cernámus intuitu, et digno percipiámus affectu. Per Dóminum nostrum.

¶ Ab Oct. Epiph. usque ad Purific., nisi fuerit Dupl., post Orationem diei dicuntur istæ Orat. : *Deus, qui salútis, ut in Circumcis. p. 34 et Ecclesiæ vel Deus omnium, p. [58] et sq.*


¶ Si tempus breve fuerit ab Oct. Epiph. usque ad Septuag., ita ut Officia sequentium Dominicarum non

possint expleri suis diebus. Officia illarum, quæ supersunt post Dominicam ii. post Epiph. eo anno omittuntur, et resumuntur (quoad Orationes, Epistolam et Evangelium duntaxat) post Dominicam xiiij. post Pentec., ut ibi dicitur in Rubrica.

¶ Si Dominica Septuag. venerit sequente Dominica post Oct. Epiph., in præced. Sabbato, si non est impedi-

tum Festo semidupl., dicitur Missa de Dominica ij. post Epiph., cum Comm. Festi simpl., si in eo occurrat. Si vero Sabbatum fuerit impeditum Festo semid., tunc prima die post Oct. Epiph., in qua non sit Festum dupl., dicitur Missa de ij. Dominica, et de Festo semid. in ea occurrente fit tantum Commemoratio.

### Dominica ii. post Epiphaniam.

**Intritus.** \*Ps. 65.  
 Mnis terra adoret te Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nōmini tuo Altissime. *Ps. ibid.* Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nōmini ejus: date glōriam laudi ejus. *V.* Glōria Patri.

Dicitur *Glōria in excelsis*, in Dominicis usque ad Septuag. exclusive: in feriali vero diebus, quando resumitur Missa de Dominica præced., non dic. Quod servatur et post Pentecosten.

**Oratio.** Omnipotens sempiternæ Deus, qui cælestia simul et terræna moderaris: supplicatiōnes pōpuli tui clementer exaudi; et pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dñum.

De S. Maria, Oratio. *Deus qui salutis*, p. 34.

Contra persecut. *Eccles.* Oratio *Ecclesiæ*, p. [58].  
 Vel pro Papa. Oratio *Deus omnium*, *ibid.*

**Lect.** Epistolæ B. Pauli Apōst. ad Romanos. 12.

**F**ratres: Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adherentes bono: Caritate fraternitatis invicem diligentes: Honore invicem prævenientes: Sollicitudine non pigri: Spiritu ferventes: Domino servientes: Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes: Necessitatibus sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectan-

tes. Benedicite persecutibus vos: benedicite, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: Ipsium invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

**Graduale.** *Ps. 106.* Misit Dominus verbum suum, et sanavit eos: et eripuit eos de interitu eorum. *V.* Confiteantur Domino misericordiae ejus: et mirabilia ejus filiis hominum. Allel., allel. *V. Ps. 148.* Laudate Dñum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes Virtutes ejus. Alleluia.

¶ Sic dicitur *Alleluia* cum *V.* post Grad. ab Oct. Epiph. usque ad Septuag., et ab Oct. Pentec. usque ad Advent., etiam infra hebdom., quando resumitur Missa de Dominica.

**Seq. sancti Evangelii** secundum Joannem. 2.

**I**n illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, et tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixe-

rit vobis, facite. Erant autem ibi lapidæ hydræ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauerant aquam: vocat sponsus architriclinus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriatus fuerint, tunc id, quod deterior est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ: et manifestavit gloriā suam, et crediderunt in eum discipuli ejus. **CREDO.**

**Offertorium.** *Ps. 65.* Jubilate Deo universa terra: psalmum dicite nōmini ejus: venite, et audite, et narrabo vobis, omnes qui timēt Deum, quanta fecit Dominus animæ meæ, alleluia.

**Secreta.** Oblata Dōmine mīnera sanctifica: nosque a peccatorum no-

44 Dominica iii. post Epiphaniam.

strorum maculis emunda. Per Dóminum.

De S. Maria. Secreta.

*Moustribus*, p. 28.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta. *Protége nos*, p. [59].

Vel pro Papa. Secreta. *Obláts*, ibid.

**Communio.** *Joann. 2.* Dicit Dóminus : Impléte hydrias aqua, et ferte architriclino. Cum gustasset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso : Servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc signum fecit

Jesum primum coram discipulis suis.

**Postcommunio.** Augeátur in nobis quæsumus Dómine tuæ virtútis operatio : ut divinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capiéndam, tuo múnere præparémur. Per Dóminum nostrum.

De S. Maria. Postcomm.

*Hæc nos*, p. 28.

Contra persecutores Ecclesie. Postcomm. *Quæsumus Dómine*, p. [59].

Vel pro Papa. Postcommunio. *Hæc nos*, ibid.

Dominica iii. post Epiphaniam.

**Introitus.** *Ps. 96.*

Doráte Deum omnes Angeli ejus : audivit, et lætata est Sion : et exultaverunt filie Judæ. *Ps. ibid.* Dóminus regnávít, exsúltet terra : læténtur insulæ multæ. *V. Glória Patri.*

**Oratio.** Omnipotens sempitérne Deus, infirmitatem nostram propitius respice : atque ad protegéndum nos dexteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Aliæ Orationes, ut in Dom. præced. notatum est.

Léct. *Epistole* B. Pauli Apóstoli ad Romános. *12.*

**E**ratres ; Nolite esse prudentes apud vosmetipsos : Nulli malum

pro malo reddentes : providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes : non vosmetipsos defendentes carissimis, sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindicta : ego retribuam, dicit Dñus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi : hoc enim faciens carbones ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malo. *Gratuale. Ps. 107.* Timebunt gentes nomen tuum Dñe, et omnes reges terræ glóriam tuam.

Dominica iii. post Epiphaniam. 45

**V.** Quóniam ædificávit Dñus Sion : et vidébitur in majestáte sua. Allel., allel. *V. Ps. 96.* Dóminus regnávít, exsúltet terra : læténtur insulæ multæ. Allelúia.

**Seq. sancti Evangelii** secúndum Matthæum. 2. **I**n illo témpore : Cum descendisset Jesus de monte, secútae sunt eum turbæ multæ : et ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens : Dómine, si vis, potes me mundáre. Et extendens Jesus manum, tégit eum, dicens : Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, némini dixeris : sed vade, osténde te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimoniúm illis. ¶ Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens : Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus : Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait : Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me milites,

et dico huic : Vade, et vadit : et alii, Veni, et venit : et servo meo, Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus mirátus est, et sequéntibus se dixit : Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente véniunt, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælórum : filii autem regni ejiçiéntur in ténébras exterióres : ibi erit fletus, et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora. **CREDO.**

**Offertorium. Ps. 117.** Dextera Dómini fecit virtútem : dextera Dómini exaltávit me : non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

**Secreta.** Hæc hóstia Dómine quæsumus emúndet nostra delicta : et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentisque sanctificet. Per Dóminum.

Aliæ Secreta, ut in Dominica ij. notatum est.

**Communio. Luc. 4.** Mirábantur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

**Postcommunio.** Quos tantis Dómine largiris

46 **Dominica iv. post Epiphaniam.**

uti mystériis : quæsumus; ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dóminum. *Aliae Postc. ut in Dom. ij.*

¶ **INTROITUS.** Graduale. Offertor. et Communio hujus Dominicæ resumuntur in sequentibus Dominicis usque ad Septuagesimam.

**Dominica iv. post Epiphaniam.**

**INTROITUS.** *Adorate, p. 44.*

**Oratio.** Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis et corporis; ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dóminum.

*Aliae Orat. ut in Dom. ij. p. 42.*  
Si autem hæc Dominica venerit post Festum Purificat. dicitur ij. *Oratio A cantis.* ut infra, p. 59. et tertia ad libitum Sacerdotis.

**Léct. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Romános. 15.**

**R**atres : Némini quidquam debeatis ; nisi ut invicem diligatis ; qui enim diligit proximum, legem implet. Nam : Non aduterabis : Non occides : Non furaberis : Non falsum testimonium dices : Non concupisces : et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Diléctio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est diléctio.

**GRAD.** *Timebunt, p. 44.*

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 8.**

**I**n illo tempore : Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus : et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, salva nos, perimur. Et dicit eis Jesus : Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperavit ventis, et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes : Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? **Credo.**

**OFFERT.** *Dextera, p. 45.*

**Secreta.** Concede quæsumus omnipotens Deus : ut hujus sacrificii munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, et munit. Per Dóminum.

*Aliae Secretæ, pro ratione Temp. ut dictum est supra. Comm. Mirabuntur, p. 45.*

**Dominica v. post Epiphaniam. 47**

**Postcommunio.** Mûnera tua nos Deus a delectationibus terrenis expédiant : et cælestibus

semper instarent aliméntis. Per Dóminum nostrum.

*Aliae Postcomm. ut supra.*

**Dominica v. post Epiphaniam.**

**INTROITUS.** *Adorate, p. 44.*

**Oratio.** Familiam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi : ut quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectiône muniatur. Per Dóminum.

*Oratio ij. A cunctis, p. 59.*  
*Tertia ad libit. Sacerdotis.*

**Léct. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Colossenses. 3.**

**R**atres : Induite vos sicut electi Dei,

sicut electi Dei, sancti, et dilécti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam : supportantes invicem, et donantes vobismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam : sicut et Dóminus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod est vinculum perfectiõnis : et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore : et grati estote. Verbum Christi habitat in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, et canticis spirituãlibus,

in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne, quocúmque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Dómini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

**GRADUALE.** *Timebunt gentes, p. 44.*

**Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 13.**

**I**n illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patris familias, dixerunt ei : Dñe, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis : Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei : Vis, imus, et colligimus ea? Et ait : Non : ne forte colli-

géntes zizânia, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite útraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messóribus : Colligite primum zizânia, et alligatæ ea in fasciculos ad comburéndum, triticum autem congregatæ in horreum meum.

**Crede.**  
**OFFERTOR.** *Dextera.* p. 45.  
**Secreta.** Hóstiæ tibi Dómine placatiónis offerimus : ut et delicta no-

stra miserátus absolvas, et nutántia corda tu dirigas. Per Dóminum.

**Alia Secreta.** *Exáudi,* p. 61.

**Tertia ad libitum.**  
**COMMUNIO.** *Mirabántur,* p. 45.

**Postcommunio.** Quæsumus omnipotens Deus : ut illius salutáris capiamus effectum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

**Alia Postcommunio.** *Mundet,* p. 61.  
**Tertia ad libitum.**

### Dominica vi. post Epiphaniam.

**INTROITUS.** *Adoráte Deum,* p. 44.

**Oratio.** Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum nostrum.

**Oratio ij.** *A cunctis.* 59.  
**Tertia ad libitum.**

**Léct.** *Epistolæ B. Pauli*  
Apostoli ad Thessalonicénses. *I. 1.*

**F**ratres : Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memoriam vestri facientes in oratióibus nostris sine intermissiõne, mémores óperis fidei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum : sciéntes

fratres, dilécti a Deo, electiõnem vestram : quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermõne tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipientes verbum in tribulatiõne multa, cum gáudio Spiritus sancti : ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, et in Achája. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia, et in Achája, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, proféccta est, ita

ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuérimus ad vos : et quómmodo conversi estis ad Deum a simulácris, servire Deo vivo, et vero, et expectáre Filium ejus de cælis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventúra.

**GRAD.** *Timebunt,* p. 44.

**Seq. sancti Evangelii** secundum Matthæum. 13.

**I**n illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinápis, quod accipiens homo seminávit in agro suo : quod minimum quidem est ómnibus seminibus : cum autem creverit, majus est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut volúcris cæli véniant, et hábitent in ramis ejus. Aliam parabolam locútus est eis : Simile est regnum cæ-

lorum fermento, quod accéptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc ómnia locútus est Jesus in parábolis ad turbas : et sine parábolis non loquebátur eis ; ut impetrétur quod dictum erat per Prophétam dicentem : Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutiõne mundi. **Crede.**

**OFFERTORIUM.** *Dextera Dómini,* p. 45.

**Secreta.** Hæc nos oblátio Deus mundet, quæsumus, et renovet, gubernet, et protégat. Per Dóminum nostrum.

**Alia Secreta.** *Exáudi,* p. 61.  
**Tertia ad libitum.**

**COMMUNIO.** *Mirabántur,* p. 45.  
**Postcommunio.** Cælestibus Dómine pasti delictis : quæsumus, ut semper eadém, per quæ veraciter vivimus, appetámus. Per Dóminum.  
**Alia Postc.** *Mundet,* p. 61.  
**Tertia ad libitum.**

### Dominica in Septuagesima.

**STATIO AD S. LAURENTIUM EXTRA MUROS.**

**Introitus.** *Ps. 17.*  
audivit de templo sancto suo vocem meam. *Ps. ib.*  
Diligam te Dómine fortitudo mea : Dóminus firmamentum meum, et refúgium meum, et liberátor meus. **V.** Glória Patri.



**C**ircumdedérunt me gémitus mortis : dolóres inférni circumdedérunt me : et in tribulatiõne mea invocávi Dóminum, et ex-

Non dicitur *Gloria in excelsis*, ab hac Dominica usque ad Pascha, exceptis Feria v. in Coena Domini, et Sabbato sancto, et quando dicitur Missa de Festo.

**Oratio.** Preces pópuli tui quasumus Dómine cleménter exáudi : ut qui juste pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio. *A civitatis*, p. 59.

Tertia ad libitum.

¶ Sic dicitur ij. et iij. Oratio a Festo Purificat. usque ad Feriam iv. Cinerum exclusive, quando non est Dupl. : nisi Dominica Septuagesimæ venerit ante Festum Purificationis, vel in ipsa die Purificat. : quia tunc dicuntur Orationes sicut in Dominica ij. post Epiph., de S. Maria, et contra persecutores Ecclesie, vel pro Papa. (Vid. supra p. 42.) Simili modo fiat in Sexagesima, et Quinquagesima.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Corinth. 1. q. 10.

**P**atres : Nescitis quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agone conténdit, ab ómnibus se abstinet, et illi quidem ut corruptibilem corónam accipiant : nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incér-

tum: sic pugno, non quasi áerem vérberans : sed castigo corpus meum, et in servitútem redígo : ne forte cum álís prædicáverim, ipse réprobos efficiar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiéruunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube, et in mari : et omnes eádem escam spiritálem manducáverunt, et omnes eúdem potum spiritálem biberunt : (biberébant autem de spiritali, consequénte eos, petra : petra autem erat Christus :) sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

**Graduale. Ps. 9.** Adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne : sperent in te, qui novérunt te : quóniam non derelinquis quæréntes te Dómine. **V.** Quóniam non in finem oblióio erit páuperis : patiéntia páuperum non peribit in ætérnum : exsúrge Dómine, non prævaleat homo.

**Tractus. Ps. 129.** De profúndis clamávi ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam. **V.** Fiant aures tuæ intendétes in oratióne servi tui. **V.** Si iniquitátes observáveris Dñe : Dñe quis sustiné-

bit? **V.** Quia apud te propositiatio est: et propter legem tuam sustinui te Dñe.

¶ A Septuages. usque ad Feriam iv. Cinerum, Tractus dicitur tantum in Dominicis, et Festis : in Feriis autem, quando repetitur Missa de Dominica, non dicitur, sed tantum Graduale.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 20.

**I**n illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabólam hanc : Simile est regnum cælórum hómini patrifamilias, qui exiit primo mane condúcere operários in vineam suam. Conventiōne autem facta cum operáris ex denário diúrno, misit eos in vineam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álíos stantes in foro otíosos, et dixit illis : Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuérut, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam : et fecit similiter. Circa undécimam vero exiit, et invenit álíos stantes, et dicit illis : Quid hic statis tota die otíosi? Dicunt ei : Quia nemo nos condúxit. Dicit illis : Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dómínus vineæ procuratóri suo : Voca operários, et redde illis mercédem in-

cipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accéperunt singulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitrátí sunt quod plus essent accéptúri : accéperunt autem et ipsi singulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patrémfamilias, dicéntes : Hi novissimi una hora fecérunt, et pares illos nobis fecisti, qui portávimus pondus diéi, et æstus. Ad ille respóndens uni eórum, dixit : Amice non facio tibi injúriam : nonne ex denário convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade : volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero electi.

CREDO.

**Offertorium. Ps. 91.** Bonum est confitéri Dño : et psállere nómini tuo Altissime.

SECRET. *Muneribus*. p. 34.

Si Dominica Septuag. venerit ante Festum Purificat., vel ipsa die Purificationis Secra de S. Maria erit 7<sup>ua</sup> Dómine, ut in ejusdem Missa votiva, p. [58].



Alia Secreta. *Exaudi* p. 61.  
Tertia ad libitum.

**Communio.** *Ps.* 30. Illu-  
mina faciem tuam super  
servum tuum, et salvum  
me fac in tua misericor-  
dia: Dñe non confundar,  
quoniam invocavi te.

**Postcommunio.** Fideles

tui Deus per tua dona  
firmèntur: ut eadem et  
percipièdo requirant et  
querèndo sine fine per-  
cipiant. Per Dòminum.

Alia Postc. *Mundet*, p. 61.  
Tertia ad libitum.

¶ Benedicamus Dò-  
minum. X. Deo grátias.

## Dominica in Seragesima.

STATIO AD S. PAULUM.

**Introitus.** *Ps.* 43.

**X**súrge, quare  
obdormis Dò-  
mine? exsúrge,  
et ne repéllas  
in finem. Quare faciem  
tuam avértis, oblivisce-  
ris tribulationem no-  
stram? adhesit in terra  
venter noster: exsúrge  
Dòmine, adjuva nos, et  
libera nos. *Ps.* 43. Deus  
áuribus nostris audivim-  
us: patres nostri  
annuntiavérunt nobis.  
¶ Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui cón-  
spicis, quia ex nulla no-  
stra actiòne confidimus:  
concede propitiis; ut  
contra adversa omnia  
Doctòris géntium pro-  
tectiòne muniamur. Per

Ad poscenda suffragia  
Sanctorum. *Oratio* *Ad cum-  
matis*, p. 59. Tertia ad libitum.

**Lect. Epistolæ** B. Pauli  
Apostoli ad Corin-  
thios. *II.* 11 et 12.

**Præter:** Libènter  
suffèrtis insipientes:  
cum sitis ipsi sapièntes.

Sustinétis enim si quis  
vos in servitùtem rédi-  
git, si quis dévorat, si  
quis accipit, si quis ex-  
tollit, si quis in faciem  
vos cædit. Secúndum  
ignobilitatè dico, quasi  
nos infirmi fuérimus in  
hac parte. In quo quis  
audet (in insipientia  
dico) áudeo et ego:  
Hebræi sunt, et ego:  
Israelitæ sunt, et ego:  
Semen Abrahæ sunt, et  
ego: Ministri Christi  
sunt, (ut minus sapiens  
dico) plus ego: in labò-  
ribus plúrimis, in carcè-  
ribus abundántius, in  
plagis supra modum, in  
mórtibus frequènter. A  
Judæis quinque qua-  
dragénas, una minus,  
accepi. Ter virgis cæsus  
sum, semel lapidátus  
sum, ternaufragium feci,  
nocte et die in profundo  
maris fui: in itinèribus  
sæpe, periculis flúmi-  
num, periculis latrónum,  
periculis ex genere, pe-  
riculis ex géntibus, per-

culis in civitate, pericu-  
lis in solitudine, pericu-  
lis in mari, periculis in  
falsis fratribus: in la-  
bòre, et ærumna, in vi-  
giliis multis, in fame, et  
siti, in jejuniis multis, in  
frigore, et nuditate: præ-  
ter illa, quæ extrin-  
secus sunt, instántia  
mea quotidiana, sollici-  
tudo omnium Ecclesiá-  
rum. Quis infirmatur, et  
ego non infirmor? quis  
scandalizatur, et ego  
non uror? Si gloriári  
oportet: quæ infirmita-  
tis meæ sunt, gloriabor.  
Deus et Pater Dòmini  
nostri Jesu Christi, qui  
est benedictus in sæ-  
cula, scit quod non mén-  
tor. Damásci præposi-  
tus gentis Aræte regis,  
custodièbat civitatè  
Damascenòrum, ut me  
comprehèderet: et per  
fenestram in sporta  
dimissus sum per mu-  
rum, et sic effúgi manus  
ejus. Si gloriári oportet  
(non expedit quidem):  
véniam autem ad visio-  
nes, et revelatiónes Dò-  
mini. Scio hóminem in  
Christo ante annos qua-  
tuordecim, (sive in còr-  
pore nescio, sive extra  
corpus nescio, Deus scit,)  
raptum hujusmodi us-  
que ad tertium cælum.  
Et scio hujusmodi hómi-  
nem (sive in corpore,  
sive extra corpus, nes-

cio, Deus scit): quoniam  
raptus est in paradisum:  
et audivit arcana verba,  
quæ non licet hómini  
loqui. Pro hujusmodi  
gloriabor: pro me au-  
tem nihil gloriabor nisi  
in infirmitatibus meis.  
Nam, et si volitèro glori-  
ári, non ero insipientis:  
veritatè enim dicam:  
parco autem, ne quis me  
existimet supra id, quod  
videt in me, aut aliquid  
audit ex me. Et ne ma-  
gnitudo revelatiónum  
extollat me, datus est  
mihi stimulus carnis  
meæ ángelus sátanæ, qui  
me colaphizat. Propter  
quod ter Dòminum ro-  
gavi ut discóderet a me:  
et dixit mihi: Sufficit  
tibi grátia mea: nam  
virtus in infirmitate per-  
ficitur. Libènter igitur  
gloriabor in infirmita-  
tibus meis, ut inhábitet  
in me virtus Christi.

**Graduale.** *Ps.* 62. Sciant  
gentes quoniam nomen  
tibi Deus: tu solus Altis-  
simus super omnem  
terram. ¶ Deus meus,  
pone illos ut rotam: et  
sicut stipulam ante faci-  
em venti.

**Tractus.** *Ps.* 59. Com-  
movisti Dòmine terram,  
et conturbasti eam. ¶  
Sana contritiónes ejus,  
quia mota est. ¶ Ut sú-  
giant a facie arcus: ut  
liberèntur elécti tui.

Seq. sancti Evangelii secūndum Lucam. 8.

**I**n illo tempore : Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem : Exiit qui semināt, semināre semen suum : et dum semināt, aliud cecidit secus viam, et conculcātum est, et volucres cæli comedērunt illud. Et aliud cecidit supra petram : et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ spinæ suffocāvērunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam : et ortum fecit fructum cœntuplum. Hæc dicens clamābat : Qui habet aures audiēdi, audiāt. Interrogābant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis : ut vidētes non videant, et audiētes non intēlligant. Est autem hæc parabola : Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt : deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorū, ne credētes salvi fiant. Nam qui supra petram : qui cum audierint, cum gaudio susci-

piunt verbum : et hi radices non habent : qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit : hi sunt, qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ eūntes, suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram : hi sunt, qui in corde bono, et optimo audiētes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia. **CREDO.**

**Offertorium. Ps. 16.** Perfice gressus meos in semitis tuis : ut non moveantur vestigia mea : inclina aurem tuam, et exaudi verba mea : mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te Dōmine.

**SECRETÆ. Oblātum tibi Dōmine, p. 49.**

**Alia Secreta. Exaudi, p. 61.**

**Tertia ad libitum.**

**Communio. Ps. 42.** Introibo ad altāre Dei, ad Deum qui lætificat juventūtem meam.

**Postcommunio.** Sūpplices te rogāmus omnipotens Deus : ut quos tuis rēficiis sacramētis, tibi etiā placitis mōribus dignāter deservire concedās. Per Dōminum.

**Alia Postc. Mundet, p. 61.**

**Tertia ad libitum.**

**Benedicāmus Dōmino.**

STATIO AD S. PETRUM.

**Introitus.**

**Ps. 30.** Sto mihi in Deum protectōrem, et in locum refūgiū, ut salvum me faciās : quoniam firmamētum meum, et refūgium meū es tu : et propter nomen tuum dux mihi eris, et enūtries me. **Ps. ibid.** In te Dōmine sperāvi, non confundar in ætērnūm : in justitia tua libera me, et eripe me. **V. Glōria.**

**Oratio.** Preces nostras quæsumus Dñe clemēter exaudi : atque a peccatōrum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custōdi. Per Dñm. Ad posceada suffragia Sanctōrum. Oratio. *A cunctis, p. 39.*

**Tertia ad libitum.**  
**Lect. Epistolæ B. Pauli**  
Apostoli ad Corinthios. **I. 13.**

**P**atres : Si linguis hōminum loquar, et Angelōrum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habūero prophetiam, et nōverim mysteria omnia, et omnem scientiam : et si habūero omnem fidem ita ut montes transferram, caritatem autem non habūero, nihil sum. Et si distribūero in ci-

bos pāuperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habūero, nihil mihi prodest. Caritas patiēns est, benigna est : Caritas non æmulatur, non agit pērperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congāudet autem veritati : omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit : sive prophetiæ evacuabūntur, sive linguæ cessabūnt, sive scientia destruetur. \* Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetāmus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Cum essem pārvulus, loquebar ut pārvulus, sapiebam ut pārvulus, cogitabam ut pārvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant pārvuli. Vidēmus nunc per speculum in enigmate : tunc autem facie ad faciem. Nunc cognōscō ex parte : tunc autem cognōscam sicut et cōgnitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, cariti-

tas, tria hæc: major autem horum est caritas. **Graduale. Ps. 70.** Tu es Deus qui facis mirabilia solus: nota fecisti in gentibus virtutem tuam. **V.** Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, et Joseph.

**Tractus. Ps. 99.** Jubilate Deo omnis terra: servite Dómino in lætitia. **V.** Intráte in conspectu ejus, in exultatione: scitote quod Dóminus ipse est Deus. **V.** Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 18.

**I**n illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur: et postquam flagellaverint, occident eum, et tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam,

mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Jesus Nazareus transiret. Et clamavit, dicens: Jesu fili David, miserere mei. Et qui præibat, increpabant eum ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David miserere mei. Stans autem Jesus, jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquaret, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Dómine ut videam. Et Jesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequébatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. **CREDO.**

**Offertorium. Ps. 118.** Benedictus es Dómine, doce me justificationes tuas: in labiis meis, pronuntiavi omnia judicia oris tui.

**SECR.** Hæc hóstia, p. 45. Alia Secreta. Exaudi, p. 61. Tertia ad libitum.

**Communio. Ps. 77.** Manducaverunt, et saturati sunt nimis, et desiderium eorum attulit eis Dóminus: non sunt fraudati a desiderio suo.

**Postcommunio.** Quæsumus omnipotens Deus: ut qui cælestia aliménta

percépinus, per hæc contra omnia adversa muriamur. Per Dóminum.

Alia Postc. Mundet, p. 61. Tertia ad libitum. Benedicámus Dómino.

## Feria 10. Cinerum.

Ante Missam benedicuntur Cineres facti de ramis olivarum, sive aliarum arborum, præcedenti anno benedictis, hoc modo.

Finita Nona, Sacerdos indutus pluviali violaceo, vel sine casula, cum ministris similiter indutis, procedit ad benedicendum cineres in vase aliquo super Altari positos. Et primo cantatur a Choro sequens Antiphona.

Psalmus 68.



Xaudi nos Dómine, quóniam benigna est misericórdia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Dñe. **Ps. ibid.** Salvum me fac Deus: quóniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. **V.** Glória Patri.

Repetitur Exaudi nos.

Deinde Sacerdos in cornu Epistolæ, non vertens se ad populum, manibus junctis (quod servatur etiam in Orationibus omnium benedictionum quoad manus junctas) dicit:

**V.** Dóminus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**Oremus.** Omnipotens sempiternè Deus, parce penitentibus, propitiare supplicántibus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis,

qui bene **+** dicat, et sancti **+** ficiet hos cineres, ut sint remédium salubre ómnibus nomen sanctum tuum humiliter implorántibus, ac semetipsos pro conscientia delictórum suórum accusántibus, ante conspectum divinæ cleméntiæ tuæ facinora sua deplorántibus, vel serenissimam pietátem tuam suppliciter obnixèque flagitántibus: et præsta per invocaciónem sanctissimi nóminis tui; ut quicumque per eos aspèrsi fuerint, pro redemptione peccatórum suórum, corporis sanitátem, et ánimæ tutelam percipiant. Per Christum Dñum nostrum. **R.** Amen.

**Oremus.** Deus, qui non mortem, sed penitentiã desideras peccatórum, fragilitátem conditionis humanæ benignissime respice; et hos cineres, quos causa proferendæ humilitátis, atque promerendæ veniæ, capitis nostris impóni decernimus, bene **+** dicere pro tua pietáte dignare: ut qui

nos cinerem esse, et ob pravitatis nostræ demeritum in pulverem reversuros cognoscimus; peccatorum omnium veniam, et præmia penitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

**Oremus.** Deus, qui humilitatione flecteris, et satisfactione placaris: aurem tuæ pietatis inclina precibus nostris; et capitibus servorum tuorum, horum cinerum aspersione contactis, effunde propitius gratiam tuæ benedictionis: ut eos et spiritu compunctionis repleas, et quæ juste postulaverint, efficaciter tribuas; et concessa perpetuo stabilia, et intacta manere decernas. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

**Oremus.** Omnipotens sempiternè Deus, qui Ninivitis in cinere et cilicio penitentibus, indulgentiæ tuæ remedia præstitisti: concede propitius; ut sic eos imitemur habitu, quatenus veniæ prosequamur obtentu. Per Dñm nostrum.

¶ Postea Celebrans imposito incenso in thuribulo, ter aspergit cineres aqua benedicta, dicendo Antiphonam *Asperges, sine cantu, et sine*

Psalmo, et ter adolet incenso. Deinde dignior Sacerdos ex Clero accedens ad Altare, imponit cinerem Celebranti non genuflexo. Si vero non adsit alius Sacerdos, ipsemet Celebrans, genibus flexis coram Altari, sibi ipsi cineres imponit in capite, nihil dicens; et cantatur statim a Choro.

**Ant. Joel. 2.** Immutemur habitu, in cinere et cilicio: jejunemus, et ploremus ante Dñm: quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster.

**Alia Ant. Ibid.** Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Dñmi, et dicent: Parce Dñe, parce populo tuo: et ne claudas ora canentium te Dñmine.

**Sequitur R. Esth. 13 et Joel. 2.** Emendemus in melius, quæ ignoranter peccavimus: ne subito præoccupati die mortis, queramus spatium penitentiae, et invenire non possimus. \* Attende Dñmine, et miserere: quia peccavimus tibi.

**V. Ps. 78.** Adjuva nos Deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui Dñmine libera nos. Attende Dñmine. **V.** Glória Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Attende.

¶ Sacerdos vero, dum cantatur Antiphonæ et R. detecto capite, primo imponit cineres digniori Sacer-

doti a quo ipse accepit, deinde ministris paratis, genibus flexis coram Altari, dicens: Gen. 3. *Memènto homo, quia pulvis es, et in pulverem revertèris.*

Postea veniunt alii, primo Clerus per ordinem, deinde populus: et genibus flexis ante Altare singulatum recipiunt cineres a Sacerdote, ut dictum est de ministris. Completa cinerum impositione Sacerdos dicit *Dñminus vobiscum.*

**Oremus.** Concede nobis Dñmine, præsidia militiæ christianæ sanctis inchoare jejuniis: ut contra spirituales nequitiæ pugnetur, continentiae muniamur auxiliis. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

¶ Deinde dicitur Missa.

STATIO AD S. SABINAM.

**Introitus. Sap. 11.**



**I**sereris omnium Dñmine, et nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitentiam, et parcens illis: quia tu es Dñminus Deus noster. **Ps. 56.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. **V.** Glória Patri.

**Oratio.** Præsta Dñmine fidelibus tuis: ut juniorum veneranda sollemnia, et congrua pietate suscipiant, et secunda devotione percurrant. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

¶ Ab hac die usque ad Dominicam de Passione, post Orationem diei dicuntur duæ sequi Orationes.

Ad postenda suffragia Sanctorum.

**Oratio.** A cunctis nos quesumus Dñmine mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitricæ Maria, cum beato Joseph, beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignis et pacem; ut destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua securâ tibi servati libertate.

Pro vivis et defunctis.

**Oratio.** Omnipotens sempiternè Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoiscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrévimus, quosque vel presens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exitos corpore suscipiet; intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

Lectio Iosias Proph. 2.  
**H**ec dicit Dñus: Con-  
 vertimini ad me in  
 toto corde vestro in je-  
 júnio, et in fletu, et in  
 planctu. Et scindite cor-  
 da vestra, et non vesti-  
 ménta vestra, et conver-  
 timini ad Dñm  
 Deum vestrum; quia  
 benignus et misericors  
 est, pátiens et multæ mi-  
 sericórdiæ, et præstábilis  
 super malitia. Quis  
 scit si convertátur, et  
 ignoscat, et relinquat  
 post se benedictiõnem,  
 sacrificium, et libámen  
 Dñino Deo vestro? Cá-  
 nite tuba in Sion, sancti-  
 ficáte jejúnium, vocáte  
 coetum, congregáte póp-  
 ulum, sanctificáte ec-  
 clésiám, coadunáte sen-  
 nes, congregáte párvu-  
 los, et sugéntes líbera:  
 egredíatur sponsus de  
 cubili suo, et sponsa de  
 thálamo suo. Inter vesti-  
 bulum et altáre plorá-  
 bunt sacerdotes ministri  
 Dñi: et dicent: Parce  
 Dñine, parce pópulo  
 tuo: et ne des here-  
 ditatum tuam in oppró-  
 brium ut dominéntur  
 eis nátiõnes. Quare di-  
 cunt in pópulis: Ubi est  
 Deus eorúm? Zelátus est  
 Dñinus terram suam,  
 et peperit pópulo suo.  
 Et respondit Dñinus,  
 et dixit pópulo suo: Ecce  
 ego mittam vobis fru-

méntum, et vinum, et  
 oleum, et replebimini  
 eis: et non dabo vos ul-  
 tra oppróbrium in génti-  
 bus: dicit Dñinus om-  
 nipotens.

**Graduale. Ps. 56.** Mise-  
 rére mei Deus, miserere  
 mei: quóniam in te con-  
 fidit ánima mea. *V. Ibid.*  
 Misit de cælo, et liberá-  
 vit me: dedit in oppró-  
 brium conculcántes me.

**Tractus. Ps. 102.** Dó-  
 mine non secúndum pec-  
 cáta nostra, quæ feci-  
 mus nos: neque secúndum  
 iniquitátes nostras  
 retribuas nobis. *V. Ps. 78.*

Dñine ne memineris  
 iniquitátum nostrarum  
 antiquarum, cito antici-  
 pent nos misericórdiæ  
 tuæ: quia páuperes facti  
 sumus nimis. *V. (Ad  
 hunc V. genuflectitur.)*  
 Adjuva nos Deus salutá-  
 ris noster: et propter  
 glóriam nómis tui Dó-  
 mine libera nos: et propi-  
 tuis esto peccátis nos-  
 tris, propter nomen  
 tuum.

¶ Supradictus Tractus ab  
 hac die dicitur Feria ij, iv,  
 et vj, usque ad Feriam iv,  
 majoris hebdomadæ, nisi  
 proprius assignetur.

**Seq. sancti Evangelii** se-  
 cúndum Matthæum. 6.

**I**n illo témpore: Dixit  
 Jesus discipulis suis:  
 Cum jejúnátis, nolite  
 fieri sicut hypócritæ tri-  
 stes: Exterminant enim

facies suas, ut appareant  
 hominibus jejúnantes.  
 Amen dico vobis, quia  
 recepérunt mercédem  
 suam. Tu autem, cum  
 jejúnas, unge caput  
 tuum, et faciém tuam  
 lava, ne videáris homi-  
 nibus jejúnans, sed Patri  
 tuo, qui est in abscondi-  
 to: et Pater tuus, qui  
 videt in abscondito, red-  
 det tibi. Nolite thesau-  
 rizáre vobis thesauros  
 in terra: ubi ærgo, et  
 tinea demolitur: et ubi  
 fures effodiunt, et furán-  
 tur. Thesaurizáte autem  
 vobis thesauros in cælo:  
 ubi neque ærgo, neque  
 tinea demolitur: et ubi  
 fures non effodiunt, nec  
 furántur. Ubi enim est  
 thesaurus tuus, ibi est  
 et cor tuum.

**Offertorium. Psalm. 29.**  
 Exaltábo te Dñe, quón-  
 iam suscepisti me: nec  
 delectásti inimicos meos  
 super me: Dñe clamávi  
 ad te, et sanásti me.

**Secreta.** Fac nos quesu-  
 mus Dñine his muné-  
 ribus offerédis conveni-  
 enter aptári: quibus  
 ipse venerábilis sacra-  
 ménti celebrámus exór-  
 dium. Per Dñm.

Alie Secretæ usque ad  
 Dominicam Passiois.

**Secreta.** Exáudi nos  
 Deus salutáris noster:  
 ut per hujus Sacraménti  
 virtutem, a cunctis nos

mentis et córporis hósti-  
 bus tueáris: grátiam tri-  
 buens in presénti, et  
 glóriam in futuro.

**Secreta.** Deus, cui soli  
 cõgnitus est número  
 electórum in supérna  
 felicitáte locándus: tri-  
 bue quæsumus; ut inter-  
 cedéntibus ómnibus  
 Sanctis tuis, universórum,  
 et ómnium fidélium  
 nómina, beátæ predesti-  
 nationis liber adscri-  
 pta retineat. Per Dñm  
 nostrum.

**PRÆFATIO. Qui corporáli  
 jejúnio.** Et dicitur quod die  
 usque ad Dominicam Passi-  
 onis, etiam in Festis, si in  
 eis propria non habeatur.

**Communio. Ps. 1.** Qui  
 meditábitur in lege Dó-  
 mini die ac nocte, dabit  
 fructum suum in témp-  
 ore suo.

**Postcommunio.** Percépta  
 nobis Dñine præ-  
 bebant Sacraménta sub-  
 sidium, ut tibi grata sint  
 nostra jejúnia, et nobis  
 proficiant ad medellam.  
 Per Dñm nostrum.

Alie Postcommuniones.

**Postcommunio.** Mundet  
 et múniat nos quæsumus  
 Dñe, divini Sacraménti  
 munus oblátu: et inter-  
 cedente beáta Virgine  
 Dei Genitricæ Maria,  
 cum beáto Joseph, beá-  
 tis Apóstolis tuis Petro  
 et Paulo, atque beáto N.

et omnibus Sanctis; a cunctis nos reddat et perversitatibus expiatis, et adversitatibus expeditos.

**Postcommunio.** Purificent nos, quæsumus omnipotens et misericors Deus, Sacramenta quæ sumpsimus : et intercedentibus omnibus Sanctis tuis, præsta; ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam : sit ablatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum : sit vivorum atque mortuorum fidelium remissio

omnium delictorum. Per Dñm nostrum.

Deinde Sacerdos absolute dicit: *Oremus.* Et Diaconus (si in officio Diaconatus serviat) versus ad populum junctis manibus dicit: *Humilitate cæpta vestra Deo.* Alioquin ipse Sacerdos, stans in eodem loco ante librum, et non vertens se ad populum.

**Oratio.** Inclinantes se Dñe majestati tuæ, propitiatus intènde: ut qui divino munere sunt refectionis, cælestibus semper nutrimentis auxiliis. Per Dñm.

Et hic modus dicendi Orationem super populum servatur tantummodo in Missis de Feria usque ad iv. Feriam majoris hebdomadæ. Deinde: *V. Benedicimus Dño. R. Deo grátias.*

### Feria v. STATIO AD S. GEORGIUM.

**Introitus.**

*Ps. 54.*



Um clamarem ad Dñm, exaudivit vocem meam, ab his, qui appropinquant mihi: et humiliavit eos, qui est ante secula, et manet in ætèrnum: jacta cogitatum tuum in Dño, et ipse te enutriet. *Ps. 76.* Exaudi Deus orationem meam, et ne despereris deprecationem meam: intènde mihi, et exaudi me. *V. Glória Patri.*

**Oratio.** Deus, qui culpa offenderis, poenitentia

placaris: preces pópuli tui supplicantis propitiatus respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris mererimur, avèrte. Per Dñm.

Aliæ Orationes, ut supra in Feria iv. Cinerum, p. 59. **Lectio** *Isaia* Proph. 38.

**I**n diebus illis: Egrota vit Ezechias usque ad mortem: et introivit ad eum Isaia filius Amos Propheta, et dixit ei: Hæc dicit Dñs: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, et non vives. Et convertit Ezechias faciem suam ad

parietem, et oravit ad Dñm, et dixit: Obsecro Dñm, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, et in corde perfecto, et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Dñi ad Isaia, dicens: Vade et dic Ezechia: Hæc dicit Dñs Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorum eruam te, et civitatem istam, et protegam eam, ait Dñs omnipotens.

**Graduale.** *Ps. 54.* Jacta cogitatum tuum in Dño, et ipse te enutriet. *V.* Dum clamarem ad Dñm, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

*EVANGEL. Cum introisset Jesus Capharnasum, ve-*

quire in Dom. iij. post Epiph. p. 45, ab hoc signo ¶.

**Offertorium.** *Ps. 24.* Ad te Dñe levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei: etenim universi, qui te exspectant, non confundentur.

**SECRETA.** *Sacrificiis.* p. 15. *Aliæ Secreta.* p. 61.

**Communio.** *Ps. 50.* Acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta, super altare tuum Dñm.

**Postcommunio.** Cælestis doni benedictione percèpta, supplices te Deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis et sacramentis causa sit, et salutis. Per Dñm.

Aliæ Postcomm. p. 61. Super populum. *Oremus.* *Humilitate cæpta vestra Deo.*

**Oratio.** Parce Dñe, parce pópulo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dñm.

### Feria vi. STATIO AD SS. JOANNEM ET PAULUM.

**Introitus.**

*Ps. 29.*



Udivit Dñm, et exaltatus est mihi: Dñm factus est adjutor meus. *Ps. ibid.* Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos

meos super me. *V. Glória Patri.*

**Oratio.** Inchoata jejunia quæsumus Dñe benigno favore prosequere: ut observantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiã sinceris exercere valeamus. Per.

Aliae Orationes, p. 59.

Lectio *Isaiae* Proph. 58.

**H**ec dicit Dominus Deus : Clama, ne cesses : quasi tuba exalta vocem tuam : et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quaerunt, et scire vias meas volunt : quasi gens quae iustitiam fecerit, et iudicium De sui non dereliquerit : rogant me iudicia iustitiae : appropinquare Deo volunt. Quare jejunavimus, et non adspexisti : humiliavimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percussitis pugno impie. Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester. Numquid tale est jejuni-um, quod elegi, pro diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circum caput suum, et saccum et cinerem sternere? numquid istud vocabis jejuni-um, et diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejuni-um, quod elegi? dis-solve colligationes im-

pietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui contracti sunt, liberos, et omne onus dirumpere. Frange esurienti panem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam : cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria Domini colliget te. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet : clamabis, et dicit : Ecce adsum. Quia misericors sum, Dominus Deus tuus. *Graduale. Ps. 26.* Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini. *V.* Ut videam voluptatem Domini, et proteger a templo sancto ejus.

TRACTUS. *Domine non secundum, p. 60.*

Seq. sancti Evangelii secundum Matth. 5 et 6.

**I**n illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui odierunt vos : et orate pro persecutibus, et calumniantibus vos : ut si-

tis filii Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos, et malos, et pluit super justos et injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est. Attendite non iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in caelis est. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua : ut sit elemosyna tua in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

**Proffertorium. Ps. 118.** Domine vivifica me secundum eloquium tuum : ut sciam testimonia tua. **Secreta.** Sacrificium Domine observantiae quadragesimalis, quod offerimus, praesta quaesumus, ut tibi et mentes nostras reddat acceptas, et continentiae promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dominum.

Aliae Secretae, p. 61. **Communio. Ps. 2.** Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore : apprehendite disciplinam, ne peratis de via justa.

**Postcommunio.** Spiritum nobis Domine caritatis infunde : ut quos uno pane caelesti satiasti, tua facias pietate concores. Per Dominum.

Aliae Postcomm. p. 61. Super populum. *Oramus. Humiliter capita vestra Deo.*

**Oratio.** Tuere Domine populum tuum, et ab omnibus peccatis clementer emunda : quia nulla ei nocet adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum.

### Sabbato. STATIO AD S. TRYPHONEM.

INTROITUS. *Auduit, ut heri, p. 63.*

**Oratio.** Adesto Domine supplicationibus no-

stris, et concede : ut hoc solenne jejuni-um, quod animabus corporibusque curandis salubriter